

dunt annales quorundam manu scri-  
pti, vbi itidem fidem atque prudentiā  
suam abunde testatam fecit. Eius autē  
fratrum alter nempe *Christophorus* pa-  
truus vester olim Academiæ Viteber-  
gensis Rectoratum gessit magno illo  
*Melanchthon* prorectore: alter *Fride-  
ricus Friderici II.* Daniæ Regis Mare-  
schallus, officij genere non postremus  
celebratur, cuius infelicem in mari ca-  
sum etiā num boni omnes lugemus. Ut  
& fratrē ipsius *Henricū*, qui per aliquot  
annos in aula *Sigismundi* Augusti Polo-  
nię Regis laudabiliter versatus, & post  
equitum Germanorum supremus le-  
gatus designatus, feudum in Liuonia  
suis meritis ab eodē Rege obtinuit, tā  
demq; præclarā per vulnera mortē ad  
Pernauia oppetiuit. Nec indignos vos  
tantis maioribus facto ipso hodieque  
probatum itis: vt pote Tu Illustris Do-  
mine *Friderice*, qui supremum Prussiæ  
orientalis